

hoc ad locos modò citatos. Imò si rectè expendamus verba, collatio est prorsus manifesta: sicut ablactatus se habet אֵלַי אִמּוֹ apud matrem suam, sic anima mea אֵלַי אִמּוֹ apud me se habet, h. e. intra me tumultuatur, impatienter modo huc, modo illuc fertur, nemini amica, &c.

EXPLICATIO VERSUS III.

אֵלַי expecta:] exemplo suo exhortatur jam Israël totum, ut simili modo de se viribusque propriis humillime desperans, fastui audaciæque renunciens, suo semper se modulo ac pede metiens, unice filialiterque recumbat in solius Supremi Benignissimique Numinis ope; quæ ipsa compellatio jam adfuit Psal. CXXX, 7.

אֵלַי ex nunc:] i. e. quamdiu durat seculum orbisve incola. Kimchi inferit: & dabit tibi Dominus spem tuam ex nunc usque in seculum. De phrafi hac, quæ secundum Gesnerum (in Psalm. f. 754.) vitam præsentem & æternam complectitur, vide Feffel. adv. part. 1. p. 230.

USUS PRACTICUS E VERSU I.

[1] De Elatione animi ob prerogativas vel veras, vel imaginarias, seculares vel spirituales, (Luc. XVIII, 9.) despiciente alios.

[2] De fastu oculorum vestium gestuumque.

[3] De ambitiosa arduorum molitione, vid. præc. I. Studendum igitur.

[4] Humilitati sincera, intus atque foris, ubi Deum ipsum vocare possumus testem, ut Joh. XXI, 17.

PSALMI CXXXII. DISPOSITIO.

Perenne sit regnum Zion, Locus Dei electus.

At tendenda hîc I. cura sanctuarii extruendi, cujus (1) autor, David, tanquam insigniter afflictus; v. 1. (2) votò seipsum ad curam hancce sacram obstrinxit; v. 2. (3) cujus voti summa: nolo intrare domum meam, nolo conscendere lectum meum, v. 3. nolo somnum capessere, v. 4. donec invenero locum sanctuarii, v. 5.

II. Voti impletio: ecce audivimus, inventum eum in Ephratâ: &c. v. 6.

III. Mutua ad frequentationem religiosam cohortatio: v. 7.

IV. Dei invocatio: (1) surge, intra in requiem tuam, tu & arca tui roboris: v. 8. (2) sa-

A [5] Merienda vires propriae, quæ ex sola dependent Dei manu (1. Cor. IV, 7.)

[6] Amanda modestia, nec non statio mediocris; Luc. XIV, 10. Sir. III, 19. Prov. XVI, 19. XXX, 13. Rom. XII, 16. Psalm. CIII, 6. CXXXVIII, 6. 2. Sam. VI, 22. 1. Petr. V, 5.

USUS E VERSU II.

[1] Anima vel mens piorum suos carnales sentit subinde insultus: Galat. V, 17.

[2] Impetus illi tempestive sunt coercendi: Jac. I, 14. 15.

[3] Silentium carni tumultuanti animose est imponendum per Christi verbum: Confer Matth. VIII, 26. Prov. XVI, 32. Vide L. de quotidiana lucta carnisque mortificatione, Gal. V, 24. Matth. XVI, 24.

[4] Impotens est ablactati desiderium ac tumultuatio, conspecta matre, nuper lactante: sic apud nos quæque vehementer inquieta est anima nostra, spectata extra regimen & repressionem Spiritus. L. de difficultate B. O. item de concupiscentiâ: præc. IX. X.

USUS E VERSU III.

B (1) Sicut Christus Davidis filius à se disci vult humilitatem, Matth. XI, 29. ita David ipse totum Israël suo vult exemplo ad humilem Dei expectationem h. l. cohortari.

(2) De Expectatione Dei vide Psalm. CXXX, 7.

(3) Qualis humilitatis ratio tempore Davidis, tanta etiam esse ac manere debebat in seculum. Voluntas enim Dei semper eadem.

(4) Constantia in bono diligens impendi debet opera.

Cerdores tui induantur justitiâ, (3) sancti tui jubilent: v. 9. (4) faciem Uncti tui ne pudefacias; rationes: (a) propter servum tuum David, v. 10. scilicet promissa facta: v. 10. cui (b) jurato vereque promissus à Deo successor in regno filius; v. 11. imò (c) & posteritati Davidicæ successio similis: v. 12. (d) Zionem sibi delegit inhabitaculum: v. 13. 14. (e) promisit alimentorum ejusdem benedictionem: v. 15. (f) sacerdotum sanctam vestitionem, (g) sacerdotum exhilarationem, v. 16. (h) cornu salutis erectionem, (i) lucernæ conservationem, v. 17. (k) hostium confusionem, (l) coronæ seu majestatis splendidæ augmentationem, v. 18.

PSALMUS CXXXII.

EXPLICATIO VERSUS I.

זכור Memento:] h. e. actu ipso ac palam demonstra, te Davidis esse memorem, favoremque illi promissum adhuc usque continuari. Memento illi dicitur, (verba sunt Hieronymi ad Thren. V, 1.) qui nullius unquam potuit oblivisci: non enim ut ad memoriam redeat, divinitas commonetur, coram quâ omne præteritum & futurum semper præsens est: non est dignum, ponere in illâ majestate oblivionis injuriam, sed ideò recordari vel meminisse postulatur, ut citò auxilium indigentibus conferat, & palam fa-

ciat, quod antea fuit occultum. Vide Psalm. XX, 4. XXV, 6. CVI, 4. 45. CXIX, 49. Quoad constructionem cum (7) dativo personæ, & cum accusativo rei, vide Psalm. XCVIII, 3. זכור זכור meminit gratiæ suæ & veritatis suæ לזכור domui Israël. Lev. XXVI, 45. & recordabor לזכור eis pacti antiquorum &c. Exod. XXXII, 13. memento לאכרהם Abrahamo, Isaaco & Jacobo eorum, quæ jurasti ipsis per te: Psalm. CXIX, 49 memento verbi לעכרך לזכור tuo, super quod sperare me fecisti. Unde constat, non adeò aptè reddi à Junio & Piscatore: cum totâ afflictione.

לזכור